

III.

Et Bidrag til Skolevæsenets Historie under Kong Christian IV¹.

Ved Holger Fr. Rørdam.

Skolevæsenet — dog fornemmelig det latinske — fik et betydeligt Opsving i K. Christian den Fjerdes Tid²; her er imidlertid ikke Stedet til at paapege dette nøjere, jeg vil kun meddele en Anordning om Skolerne fra denne Tid, som jeg ellers intetsteds har fundet omtalt. Den nævnes hverken af Nyerup eller af Rietz i deres Hovedværker til Skolevæsenets Historie³. Jeg har fundet den i en samtidig Afskrift blandt Biskop Hans Povlsen Resens Synodalmonita ved Aaret 1619⁴. Om Anordningen derfor udelukkende kan tillægges denne kraftige og nidkjære Biskop, tør jeg ikke sikkert afgjøre, Overskriften tyder paa, at den

hvilket man af Bogens sidste Blad ser, maa betyde: *Gabriel Sax, Bogbinder*; paa denne Mands Bekostning udkom Bogen, og han er formodentlig ogsaa Oversætteren.

¹ Skolen stod i ældre Tid Kirken saa nær, at jeg ikke tror, jeg behøver nogen Undskyldning, fordi jeg optager dette Stykke her; tvertimod haaber jeg i følgende Hefter at skulle meddele flere hidtil upåagtede Stykker, til samme Forholds Oplysning.

² At der ogsaa blev gjort noget for *Almueskolevæsenet*, viser denne Konges (særskilt trykte) „Forordning Om Proffsternis Aarlig Visitatz oc indseende ved Børnelærdommen“, af 26. Juni 1634.

³ *Nyerup*, Udkast til en Hist. om de latinske Skoler 1804 (Hist.-stat. Skildring. III, 1); *Rietz*, *Skånska Skolväsendets Historia*, 1848.

⁴ I et Haandskrift i Gl. Kgl. Samling. 3190. 4. Nærmere kan jeg ikke bestemme Tiden for Anordningens Affattelse.

ikke alene gjaldt den enkelte Stifts men alle Landets Skoler. Her have vi udentvivl det allerførste Spor til en Befaling om Afholdelsen af Skoleexaminer.

De recte conservandis Scholis in Dania, et necessaria præparatione juniorum in illis ad studia Academica.

I.

Serventur fideliter in singulis Scholis, pro ratione classium, quæ hactenus recte de mandato R. M. constituta sunt⁵, eadem forma atque ordine in omnibus: ne non necessaria mutatio aut perturbatio istorum quid detrimenti pariat juventuti scholasticæ, ubi ex classe in classem, vel ex Schola una in aliam discipuli transferendi sunt.

II.

Nemo dimittatur ex Scholis, in quibus sunt pauciores quam V classes, cum testimoniis ad Academiam: sed tales Scholastici, ubi profecerint quantum possunt in istis de sententia Dni Præpositi simul, transeant omnino prius per aliquam ex majoribus, quo ita ablegandi interea in testimoniis diserte, ne sint postea implumes pulli nati infelibus ovis: et sic ad frugem aliquam singularem initio fundamentis necessariis destituti nunquam perveniant.

III.

Interim, quo Scholis minoribus etiam recte prospiciatur, debent Rectores et Conrectores etiam ejusmodi majorum, pro singulis ita idoneis ut recipi possint in classes superiores et admitti ad beneficia, prout digni fuerint, remittere binos aut ternos interdum ex classibus suis tertia et quarta, qui tantisper, dum illic proficere possint, haud minus quam in majoribus ad Musicam exerceantur, ad quam apti esse debent, et fiant Catechete et Cantores in paræciis vicinis etiam, sicut fuerit necessarium, atque inde

⁵ Her menes den kgl. Befaling til alle Rigets Bisper af 22. Okt. 1604 (trykt i *Rietz's* anf. Skr. S. 614-16), indført i den norske Kirkeordinans 1607 (se *Paus's* Samling af gl. Norske Forordn., 519-23).

fructus percipiant, aliisque beneficiis gaudeant, pro ratione profectus et diligentie cum modestia et honestate.

IV.

Tum ubi redierint isti cum honestis testimoniis ad Scholam, unde exierunt prius, vel aliam ex majoribus, conscio Dno Præposito, pro ratione profectus, quem fecere interea, in beneficiis obtinendis vicissim pares habeantur ceteris, qui illic mansere, ne fraudi ipsis futurum sit, quod in schola minore ita liberaliter de consilio præceptorum versati fuerint.

V.

Neque vero ex ipsis Majoribus liceat cuiquam exire ad Academiam aut testimonium impetrare a Præceptore suo ad Dnos Professores etc., nisi jam prius ita dedicerit præter doctrinam cateheticam prorsus linguam Latinam cum bonis progressibus simul, tum in Grecis tum Logicis et Rhetoricis per omnia, Poeticis item et Musicis⁶, atque etiam Arithmeticis et initiis Geometricis, sicut linguæ Hebræe quoque, quod fit alicubi, ut latine possit non tantum rationem reddere præceptorum, sed et usum insignem aut

⁶ Overalt træffe vi i de gamle Skolebestemmelser et mærkeligt Hensyn taget til Øvelsen i Musikken (jfr. *Kirkeordinansen*, Udg. 1542, 51. Bl.); her gjøres endogsaa Kyndighed i denne Kunst (dog vel nærmest dens Theori) til Betingelse for Dimissionen til Universitetet. Derfor kunde K. Christian den Fjerde, naar han skulde have Sangere til sit „Kantori“, skrive til Skolerne, at de skulde sende ham passende Personer, som det vil ses af følgende Kongebrev til „Os elskelige, hæderlige og høj lærde Mænd, Prælater, Kanniker og menige Kapitel udi Thronhjems Domkirke:

Christian den Fjerde (o. s. v.). V. s. G. t. Vi bede eder og ville, at I der udi eders Bys Skole lader udsøge trende Skolespersoner, en af de bedste Bassister, en Tenorist og en Altist, som dygtige og tjenlige kunne være udi vores Kantori for Musikanter at bruges, og dennem siden hid til vor Kjøbsted Kjøbenhavn til vores Underkapelmester Mogens Pedersen med forderligste Lejlighed lader fremskikke. Kbhvn. d. 6te Februar 1618.“ (Paategnet: „Has literas 8. Martij accepimus, vidimus, legimus.“ Diplom. Langeb.).

omnino tolerabilem monstrare ex singulis, idque congrue et expedite.

VI.

Debent igitur, qui sic honeste et cum laude emigrare volunt, posse respondere ex tempore ad quæstiones, quas ipsis proponent sui commilitones, qui illic remanent, ut istis vel expeditiores sic deprehendantur, vel non prorsus inferiores seu rudiores: quæ res ipsis honori erit, et reliquos extimulabit ad diligentiam similiter.

VII.

Adsint autem ad tale examen publicum, quod erit 3 vel 4 horarum ad minimum sive eodem die, sive diversis, sub Calendas Maji aut Martinalia potissimum propter rationem paræciarum et prælectionum simul, per ista semestria, una cum Rectore et Conrectore aliqui Canonici, ubicunque sunt, vel pastor loci, cum uno aut altero idoneo præterea, qui nisi merito laudaverint ingenium et profectum adolescentis ingenui et honesti, haud quaquam ex Schola ad universitatem ante tempus et temere dimittendus erit; sed judicio parebit majorum ad meliorem profectum tantisper, quod æquum est, ipsique adeo necessarium, sicut Reipublicæ literariæ in universum.
